

~~Lugd~~
Lacuria.

De sabbati
jure et
officiis

1703.



8298.

4

ΛΟΓΙΚΗ ΛΑΤΡΕΙΑ

five

Observationes necessariæ

Ad Tertium Praeceptum Decalogi

De

SABBATI JURE & OFFICIIS,

collectæ

J. C. S.


Fr. 2932.

FRANCOFURTI & LIPSIÆ,

Apud CHRISTOPH. FRID. FIKKELIUM,

1703.





§. 1.

Benè est, qvod vulgò probatur, *Festa gentilium è religione naturali originem habere*. Qvicquid autem è religione naturali originem habet, illud eatus est morale; adeoqve & Sabbatum morale qvippian dicitur, qvippe qvod *festorum præcipuum est*. Sed cum his male illis convenit, qui nullam partem in Lege de Sabbato observando moralem esse concedunt. (α)

(α) Melius Fecht. *Exerc. III. de Sabbat.* Qvanqvam enim hic nolit vel *quoad diem*, vel *quoad diei otium*, Sabbatum morale vocari, tamen hoc statuit relinqvi, *quod morale sit, aliquo tempore ad sacra publica coire*. Ideoqve aliquid saltem, qvod morale sit, Sabbato concedit, in quo ipsi accedimus. Vid. Pfann. *Tb. Gent. Cap. XI. §. 20.*

§. 2. Sunt quidem qui magnoperè conantur, ut ostendant Deum T. O. M. per opus hexaëmeron & quietem diei *septimi ad quietem perpetuam animum præcipue intendisse*. Sed qvanqvam hoc non diffiteamur, rationem tamen præcipuam omniumqve certissimam dat Moses, *Exod. XX, 8. seqq.* Priorem non æqvè cognitam habemus, neq; ullibi in S. literis apertè occurrit. (β)

(β) *Exod. XX, 8. Memento diei Sabbathi, &c.* qvia sex diebus fecit Deus, &c. quietivque in die septimo; ideoqve benedixit, &c. Jean d' Espagne *Anmerckungen über die 10. Geb.* Gott reizet uns durch sein eigen Exempel den Sabbath zu halten; weil

weil er selbst an diesen Tag geruhet. Non juvat allegare Apostolum *Hebr. IV*, 9. hic enim nihil de comparatione diei ac millenarii septimi, sed in quiete tantummodo argumentum querit. Vid. *Smid. in b.l.* Nec favet etiam Chiliafis Laetantius *Lib. 7. c. 14.* Ut enim jam non dicam falli hunc qui cum ceteris patribus sequitur calculum Graecorum, quasi tempora N. T. cœperint finito millenario sexto, satis ipse hoc capite demonstrat, se non literam sequi, sed figuræ & sensum Scripturæ arcanum, quem eidem affingit.

§. 3. Frustrè est, quod propugnatur contrà Theologos, statim ab O. C. Sabbatum à Deo lege non indictum, neque à patriarchis vi hujus legis observatum esse. Confunditur enim cum *Institutione Mandatum*. Hinc aërem verberant, nec quicquam probant argumenta e. gr. Si fuit institutum Sabbatum Gen. II. sequitur, quod nullo modo potuerit tolli ab Ecclesiâ N. T. Item: *Quicquid statim à M. C. hominibus injunctum, hoc morale est & omnes homines obligat atque sic mutationi non obnoxium.* Subsumo: Conjugium, &c. En itaque legem naturæ de Conjugio! (γ)

(γ) Distinguendum inter id quod ex solâ naturâ constat, & planè morale sive juris naturæ præceptivi est, quod erat, rebus divinis, tempus aliquod publicè consecrare; & illud quod ex divinâ revelatione accessit & à Deo institutum, scilicet diem septimum hoc fine à Deo sacratum; quod quidam etiam morale vocant, cum divinum exemplum hominem imitari oporteat, quâ potest. Vid. §. 6. Ac denique quod à Deo certâ lege demandatum, nempe ut diem ultimum hebdomadis, quo Ægypto egressi erant Judæi præscriptâ ratione imposterum servarent. Hinc ergo cum idem sit jus naturæ post lapsum, quod fuit ante lapsum, cumque divinum de septimo die institutum Adamo etiam ante lapsum cogni-

cognitum sit, judicandum qvâ ratione damnari qveat Lutherus qvi ad Paradisum refert Sabbathica Sacra. Vid. Franz. de Sacrif. Disp. I. §. XI. & XII.

§. 4. Malè cohærent, qvod Ratio Sabbati à Mose mandati tempore patriarcharum non obtinuerit, & tamen hæc fuerit Professio publica divini operis nominisqve ab idololatris distincta. Hoc enim si ponamus, qvis nescit jam tempore Abrahami idola, ut taceam Adamum ejusqve filios. (d)

(d) Spencerus Lib. I. c. IV. Sect. X. p. 59. hanc rationem ponit, qvoniam proni fuerint ad Idololatriam Israëlitæ. Sed ob solam hanc pronitatem non erat profitendum publicè nomen divinum, utpote qvæ non modò aliis legibus impedita, sed etiam professione publicâ tolli haud potuit. Notandum igitur, officium hominis esse, non Judæi solius, ex terreno opere divinum nomen profiteri. De Spencero non est ut multùm laboremus, cum qvi virum hunc assequntur, videant eum sibi interdùm ipsi non posse constare. Scopum tamen ejus ac Marshami Gvil. Saldenus Or. Th. Lib. I. Exerc. VII. §. 12. meritò hallucinationem decumanam vocat.

§. 5. Non est in qvæstione, ut vulgò putatur: num per modum Sabbati gentiles qvidam septimum diem coluerint? Nam Lex de Sabbato his promulgata non erat. Satis est, qvod à Gellio docemur Lib. 4. c. 9. Septimum diem atrum, adeoqve & religiosum vocatum à Gentilibus. (e)

(e) Qyi Spencerum sequitur, id qvoqve sentiat, septimum diem religione coluisse jam ante Mosen Ægyptios. Conf. l. I. sect. XI. §. 1. Undenam hæc religio in diem septimum cecidit? an forte ob numerum planetarum? Sed unde hic ortus est, & unde ratio dies eo denominandi? Me qvod

attinet, originem ipsâ creatione mundi antiquiorem haud video, si vera historia est, ut omnino esse debet. Ceterum præter Ægyptios Sabii quoque antiquissimi idem statuerunt.
Vid. Hinkel. *Det. Fund. Böhm.* p. III.

§. 6. Error etiam è Spencero petitus est, quod ratio instituti Sabbati ad solos *Judeos* pertineat. Nam præter liberationem ab exilio Ægypti, quam producit ille, aliam habemus *Exod. XX, 8.* hic certe præcipuum. (z)

(z) Benè hâc de re Curcellæus *de Esu sangu. cap. 6.* *Morale esse Sabbatum*, ratio illi addita suadet; nempe quod Deus creato sex diebus cœlo terrâ & mari, requieverit die septimo, & nos ad exemplum suum velit unum diem ex septem ab hujus vita laboribus feriari. Nam ea universalis est, & ad omnes mundi incolas, qui Dei sunt opus, pertinet. Neque ab hac sententiâ alienus videtur Lutherus *Catech. Maj. Pr. III.* Idem in *Cantico German.* Du sollt heiligen den siebenden Tag / ic. anteà verò dies sind die heiligen zehn Gebot. Et quanquam refutari soleat Voëtius, quasi ille diem præcisè septimum observari pro morali habeat, hujus tamen rationes ita comparatae sunt, ut magis faciant pro uno aliquo singularem hebdomadum, quem citrâ peccatum hodiè quis nequeat profanare. Quod omnino veritati convenire arbitramur.

§. 7. Perperam negatur: Omnia præcepta Decalogi esse moralia; negari debuerat: omnes horum circumstantias esse morales. (y)

(y) Concedamus id Spencero, Sabbati seu tertii præcepti officia in publicâ Dei Professione sita fuisse; nonne hæc officia hominis erga Deum sunt? Hinc non absre B. Lutherus morale generatim posuit in Decalogo, circumstantias omisit: Du sollt den Feiertag heiligen. Ut ceteris præceptum responderet, Conf. Not. ad §. 13, circâ finem; it. §. I. §. 8.

§. 8. Qui afferunt, propter malos tantum & infirmos retinendum fuisse cultum publicum, nec veram Christi Ecclesiam obligari, ut Deum certo die colat, neceſſe est hinc ita arguant: Militans in his terris Ecclesia & quæ visibilis est, vera est Christi ecclesia, quæque tam infirmos continet, quam adultos; E. non obligatur ad colendum Deum certo die, adeoque nec infirmi obligantur; quod parum certè convenit. (6)

(6) Lutherus Tom. I. Jenens. von N. T. fol. 316. a. Weil wir alle im Fleisch leben müssen wir leiblich zusammen kommen etc. Conf. infr. s. 18. it. Wahre Nothwendigkeit des Kirchen- und Abendmahl gehens des Quedl. Ministerii wider Gottfr. Arnold.

§. 9. Aut tota Lex Exod. XX, 8. est Moralis atit est Ceremonialis, videtur Dilemma esse, aliquo membro carentis. Hoc enim addendum: aut ex parte moralis ex parte ceremonialis est, quales dari JCTis non debet esse ignotum. (1)

(1) Aliud itaque est, agere de die aliquo eoque septimo; aliud, de Judæorum Sabbato. Hoc mutarunt Christiani, non illum. Nec memoriam hujus diei abrogarunt, sed ceremonias & legem de ceremoniis. Aug. Conf. von der Bischoffe Geswalt: Die Kirche hat den Sabbath nicht verrückt oder aufgehoben, sondern Gott hat selbst gelehret, daß wir im N. T. nicht solten verbunden seyn zum Gesez Moysi.

§. 10. Facile largimur, nos in N. T. à Sabbati legibus liberatos, quatenus ille à Mose populo Judaico promulgatae sunt. Et sic quoque Apostoli exemplum Servatoris imitati sunt, quo ostenderent, abrogatas esse leges Judæorum Ceremoniales. Nec aliud probarunt olim Patres.
Sed

Sed favorabilia hæc sunt, ultrà limites haud extendenda. Et peccaverit, qvi v. gr. locum *Rom. XIV, 5. 6.* qvo discri-
men rejicitur, qvod necessarium faciebant Judæi in die-
bus sacris ob legem Mosaicam, ad id spectare dixerit, ut
præter necessitatē omnes omnino dies abrogentur ad
cultum publicum destinati; sive, qvi liberum cuivis sta-
tuerit, an dies velit servare, an secus. Peccaverit etiam,
qvi certi diei & temporis observationem non convenire
indoli N. T. sed periculosa esse, cultum ejusmodi esse
tantum pro incipientibus, nec obligare Deum jam co-
gnoscentes, iterum jugum legis imponere per liberta-
tem Christianorum amotum, probaverit ex *Gal. IV, 9.*
10. II. atque adeò hæc omnia applicaverit ad Diem Solis,
qvem liberrimâ constitutione sanxerunt Apostoli. (n)

(n) Præcavere hoc student in *A.C. I. c.* dieweil doch noth ist
damit das Volk wisse/ wenn es zusammen kommen soll/ einen
gewissen Tag zu bestimmen/ haben sie/ (die Apostel) den Sonn-
tag geordnet/ daß man daran Gottes Wort hören und lernen
soll. Dergleichen sind auch Feste ordiniret/ als Weynach-
ten/ rc. Daran die wunderbahren und heilsahmen Historien
zu lehren. Augustin. *Serm. 251. de Temp.* Veteres gloriam omnem
Sabbati in diem Dominicum contulerunt, ut qvod ipsi in ty-
pos in veritate celebremus. - Fratres ut Sabbatum Judei, sic nos
diem Dominicum. Conf. Tract. 3. in Job. Qvousque autem
obligent Leges V. T. vid. Grot. Lib. I. c. I. §. 17. Calixt.
Th. Mor. c. I. de Leg.

§. II. *Apostolos Diem Sabbati in Diem Dominicum com-
mutasse*, sententia passim recepta est. Qvi huic contradic-
cit, & ideo improbat loca *Act. XX, 7. I. Cor. XVI, I, 2. Ap. I, 10.*
qvibus ea confirmari solet, repugnat Augustini testimo-
nio. Imò etiam satis constat, jam ante finem *Sec. I. de
con-*

consecratione hujus diei vestigia extare. Ante Justinum certè Ignatium habemus imò & Plinium hominem Ethnicum, cui cum Justino optimè convenit. (λ)

(λ) *Augustin. Serm. 25. de Temp. Diem Dominicum APOSTOLI solenniter habendum sanxerunt, quia eodem Dominus à morte surrexit. Dominicus dicitur idèò quod in eo à terrenis operibus Domino vacare debeamus.* Qvæ sententia etiam orientalium est, qvod jam olim testatus est Claudius in *Confess. Ath.* & consentit *A. C. loc. jamjam cit.* Conf. das befriedigte Gewisse sen über Feyerung des Sabbaths. §. 35. & 36. *Hildebr. de Dieb. Fest. Cap. 2.* Meminit verò τῆς ἡμέρας ειπεν Ignatius Ep. 3. ad Magn. teste Spanh. *H. E. Sec. II. Sct. IV. §. I.* & Plinius Lib. X. Ep. 97. ad Trajanum: quod soliti essent statu die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi Deo dicere secum invicem, seqve sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne fulta ne latrocinia ne adulteria committerent, &c. Et qvanqym nulla híc mentio fiat Diei Solis, tamen & officia divina, qvæ die Solis peracta esse memorat Justinus *Ap. II. ad Antonin.* & ipsa ratio appellationis Dominici à Justino & Augustino adducta, qvæ omnia cum Ignatii & Plinii loco conveniunt, nec de die Sabbati nec alio qvocunqve hæc intelligenda esse demonstrant. Vid. *Marc. XVI, 1. 2. 9. Luc. XXIII, 56. XXIV, 1. Conf. Buchner. & Thomas. ad Plin. Ep.* Parum verò interest an diem Solis olim appellaverint cum gentilibus, an Dominicum cum Apostolis, an μίαν σαββάτων cum Judæis.

§. 12. Causæ cur diem Solis receperint primi Christianorum qvæ non in hunc diem tantum quadrant, sed & in alios, omnes non satisfaciunt. Præcipuum ex Antiqv. Eccl. derivandam putamus. (μ)

(μ) *Justinus Martyr. l.c. Die Solis, inquit, convenimus quia illa prima est, quæ caligine disputâ Deus orbem condidit, Dominusque resurrexit.* Hæ causæ in diem imprimis quadrant. Plures quidem etiam ex Historia sacrâ adducit Augustinus,

Serm. 52. de Temp. Sed quas ipse demum non autem veteres adeo observarunt. Faciunt tamen ad signandum hunc diem.

§. 13. Non potest recte definiri obligatio erga diem Dominicum in N. T. nisi causae omnes recensitae. Quanquam itaque approbemus, quod publica de voluntate divina institutio sit inter praecipuas, tamen usus Sacramentorum, Precum publicarum, Hymnorum, Collectarum saltem ex Justino & Plinio adhuc addendus, quippe quae ad causas obligationis necessario pertinent. (v)

(v) Prolixè de Causis instituti diei Domin. *Agenda Ecclesiastica Eccl. Pomeranarum*, quæ primò prodierunt 1568. auspicis Seren. Principium, Barnimi Senioris, Johannis Friderici, &c. Notum est & perpetuæ memoriae proditum studium hujus Barnimi, quod integro triennio tribuit B. Luthero, & quo recepta doctrinæ Christianæ veritate 1534. curante Bugenhagio edidit *Constitutionem Ecclesiasticam*, unâ cum nepote Philippo, Treptow 1535. Autem haec est postea eodem auspiciente ac publicata iterum 1563. & ultimò, *Agendis* simul adiectis, 1568. Verba extant fol. 61. seq. Wente de allmächtige Gott erhöldt siene Christlike Kerke up Erden durch dat öffentliche Ministerium edder Kerken-Amt in Vorsamlinge der Gemeine/ durch Lehre unde Predige des Evangelii/ durch vorrekinge der hochweerdigen Sacramente/ unde Administraterringe der hilligen göttlichen Kerken Emetere/ durch Christlike Gesenge/ Gebet/ Ceremonien unde derglichen. So wil ic Gott de Herrn also durch uns Menschen in Vorsamlinge der Gemeine geehret/ angebedet/ gelavet unde geprieset sien/ also de CXLIX. Psalm secht: Singet dem Herrn/ syn Loff is in der Vorsamlinge der Hilligen. Item Ps. XXII. Ik wil den Herrn laven in siner Gemeine. Item Ps. LXXXIII. Wo lefftik sind dine Waningen Herr Zebaoth/ miner Seelen verlanget unde sucht na den Huise des Herrn. Wor also dat gödt

gödtslike Wort geprediget gesungen gelesen gebedet werd/ dar is
 G. Odt de H. Erre mit sinen hilligen Engeln gegenwärdig unde
 krafftig / dat wi mit allen Engeln unde Utherwelden Gades dem
 Nahmen des H. Erren Loff singen. Darto werket de Sone
 Gades durch syn Word unde Godtselige Gesenge in der Gelb-
 wigen Herten / alse Christus sprekt : Wor twe edder dre in
 minen Nahmen vorsamlet sind / dar bin ik midden manken.
 Item / wat se bidden / dat schall gescheen Matthei XVIII. Solke
 Vorsamlinge der Christgölbigen im Huse des H. Erren / sind
 seer levlik / schön / herlik / unde in högst Ehren / lev unde
 werth to holdende. Wente darinne see wi Christen ein Even-
 bilde der ewigen herlichen Vorsamlinge aller Uther-
 welden / de am jüngsten Dage vor des Menschen Sone uns-
 tern H. Erren Jesu Christo erschien werden. Darum hefft
 ok G. Odt im olden Testamente im Gesette Mosis seinen Volke
 Israel gewisse Tydt unde Ceremonien / de se in der Gemeinde
 holden mosten / verordnet / unde allen Menschen in gemein
 befahlen / den Vyrdag to hilligende / in Vorsamlinge der
 hilligen Gades gerne to erschinende. Derwegen schöllen alle
 Christen bi Ceremonien unde Gesengen / in Kerken gerne to hope
 kamen.

I. 14. Qvam putant diversam in V. & N. T. esse dicto-
 rum observationem Sabbati injungentium rationem, non
 omnino est. Sunt enim causæ modique hujus Legis in
 V. T. qvamplurimæ, qvæ in N. T. vim suam nondum,
 etiam salvâ libertate Christianâ, amiserunt. v. gr. *Verbi*
divini repetitio ejusque interpretatio, *otium à laboribus*
domesticis, memoria divinorum beneficiorum, & alia. Cui
 non obstat, qvod aliis diebus hac qvoqve convenient, cum
 idem in V. T. objici potuisset. (ξ)

(ξ) Vid. Capr. 5. 10. Sanè pessima libertas est qvâ utimur qvâ-
 vis de causâ, & nihil est, qvod magis ordinem turbet, qvâ
 iste Christianæ libertatis abusus. Qvod si enim V. T. simul

hâc in re adhibere detrectimus, qvæso, ex qvo loco N. T.
 id unqvam demonstrabitur, qvid facere die Sacro incum-
 bat; imò qvod testimonium est, qvod Deo Sacra statu die
 facienda esse perhibeat? Videmus, qvæ passim hinc falsa
 defendantur, qvod planè seposito V. Testamento, novi
 ambitus nimium quantum dilatetur. Est ex hoc numero
 illud, qvod ex auditu verbi divini, omnis in diem Domini-
 cum oriatur obligatio. Ideoqve fit sàpè ut propter leves
 qvasvis causas officium Ministrorum verbi divini contem-
 natur atqve illi errorum incusentur. Hinc porrò cane pe-
 jus & angvi hos fugere solent, qui finem tantummodò sibi
 propositum habent, ut sacris diebus se audiendo delectent,
 nec vocem cum Ecclesiâ uno animo ad Deum elevent, & in
 sacrâ synaxi reperiantur. Sic demum exeunt Ecclesiâ qui
 volunt esse pii. Seqvitur etiam hinc sententia illa, non teneri
 scilicet adultos ad diem Dominic. nisi ob evitandum scandalum.
 Sanè qvod B. Lutherus hac de re liberius alicubi locutusest,
 hoc non temerè idèo in partes rapiendum. Ille enim:
 Wenn wir alle vollkommen wâren; nullibi autem: Wir sind
 alle vel theils so vollkommen. Superefst pro perfectis solum
 seculum futurum. Imò etiam Lutherus Tom. I. f. fol. 242.
 zu lehren und zu beten. Qvæ si privatim exerceant adulti,
 cur non omnes ac singuli qvovis tempore? Sic qvisque
 domi secum Apostolum habebit, qvo magistro ille alega-
 tus sit, dabit experientia. Qvod deniqve dici solet, malo
 sensu à laboribus externis avocari homines plebejos per mandata
 & pœnas Mosaicas qvod perperam fiat, id cuivis non imputa-
 bimus. Novimus enim hac in re paritatem in V. & N. T.
 novimus illorum argumentorum usum insignem ac lici-
 tum, novimus deniqve exempla ubi his omissis toti ruant
 vel in voluptates vel in labores domesticos malè edocti, &
 minimum tribuant exercitio verbi divini. Ideoqve omni-
 nò approbandum, qvod, cum media libertatem effræna-
 tam diebus sacris impeditia tradidissent, hæc addant
 Autores der Pamerschen Kerkens Ordninge fol. 22, a. Alse
 man

man lest wo Nehemias de Vorunhüllunge des Sabbaths
affgedan hefft / Nehemias ultimo.

§. 15. Per Congregationes, qvas *Hebr. X, 15*, haud omitendas esse monet Apostolus, *privatas intelligendas esse dicitur*. Sed à potiori fit denominatio. Potior autem erat *universalis & publica*, qvæ definito die demandata. Ut taceam, Apostolum hīc loqui de rebus sacris & hierurgicalis in V. & N. T. non de privatis cuiusque negotiis vel commerciis. (o)

(o) Smid. in *b. l. Derelinquere congregationem est, non cum illâ congregari. Qvod non uno modo faciunt homines. Qvidam omnino emanent, qvidam raro comparent. Omnes conjungit Apostolus simul.*

§. 16. Qværitur: An Princeps pro die Dominico aliud hodiè substituere queat? Affirmant alii; nos eâdem ratione negamus. Neqve enim sufficiens necessitas appetet & praxi ecclesiæ perpetuæ id repugnat. Neqve huic adversatur, qvod dies jam olim mutatus, cum & personarum & temporum sit diversitas. Et qvanquam hic dies in se aliis sanctior haud sit, sufficit tamen ad retinendum eum, qvod primus fuerit orbis conditi & reparatæ per Christum salutis, unde ceteris magis est notabilis. (π)

(π) August. *Serm. 25. de Temp. Nullus dubito qvā in honorem Jovis ostientur, qui die Dominico laborare haud metuunt. Vid. Can. XXIX. Synod. Laodic. Luth. Tom. VIII. f. 197. a. Eqvidem Chemn. LL. Th. Part. II. de Leg. Dei p. 55. extra casum scandali & sine turbatione ordinis libere diem mutari docet. Sed scandalum ordinisq; boni turbatio etiam in mutandis merè adiaphoris non possunt evitari, qvantò minus in iis, qvæ Apostolos habent autores, adeoq; adhuc fortius stringunt. Dantur*

enim & in rebus liberis gradus, utpote ex quibus optimas eligendas esse, lex docet naturae. Motu hac de re jam olim quæstio est, & potestas vindicata Episcopis R. Eccl. Sed in A. C. von der Bischoffe Gewalt/ sic ad hoc dubium respondetur, quod non ideo immutatum sit Sabbathum, quoniam id sibi arrogaverint Apostoli, sed potius quod ipse Deus nos nolit Lege Cerem. Mosaica sub N. T. teneri. Adeoque appetat ratio hodiè & sub initium N. T. diversa. Nec juvat hic inter ipsam potestatem sive ius, & usum juris legitimum distingvere; hic enim cum jam in se officium contineat, jus illud abrogat quod sibi adversatur. Non omne quod licet honestum est, Conf. Grot. l.3. c.4. §. 2. Böhmer. Dissert. de Collis. Legum. Diff. Stryk. de Fur. Licti sed non Honesti. Est enim nunc jure quasi variarum gentium dies Solis utpote Dominicus introductus, cui cedant Principum Constitutiones. Etsi hoc nunquam probaverint illi, qui defendunt, nec jure morali nec positivo ad unum diem in septimana nos teneri? quoniam enim? tertium non datur, ergo nullo. Adeoque Princeps certissimam rationem habeat necesse est, ex qua diem Dominicum in N. T. retineat.

§. 17. Svaderi solet, ut Princeps privatos Conventus adjuvet. At sane hoc ipsi non expedit; & sic argueret non satis ab ipso provisum esse rebus sacris publico & ordinario loco tractandis. Præterea, quanquam non impediri debeant quæ paterfamilias cum domesticis tenet, tamen extrâ domum cuiusvis, ubi erga neminem adest reverentia, faciles sunt turbæ ac seditiones. Nexus amoris quem hic obvertunt, non tam in his Conventibus, quam in omnibus negotiis & contractibus obtineri potest. (g)

(g) Multa hâc de re disputari solent, sed omnibus recte expensis Collegia ejusmodi haud facile concedenda. Si enim festorum nimia multitudo otio favet & publicæ rei nocet, quid dicendum de Conventibus istis, qui quotidie per aliquot horas peragendi? Sordecent tempora sacris destinata,

ta, & qvi his exercentur, actus laudabiles, ac pérsonæ publicâ autoritate constitutæ vilescent. Vid. Wildv. *El. Juris, Decad. I. de Sacris privatis ad L. IX. §. 1. D. ad Leg. Jul. pecul. Novell. CXXXII.* Qvi ergò temerè hīc Antichristos fingunt, si scopum haud obtinent, intelligent primum Antichristi vitia, & eā ergā magistratum injuriā abstineant.

§. 18. Inconveniens hoc loco est inter adultiores & infirmos discriminē. Lex enim de Sabbato obligat omnes qvotqvit se Christianis annumerant, etiam proiectores. Nec est qvod objiciatur, hos scopum legis non tangere, qvi est, secundum voluntatem Dei erudiri, cum solus ille haud sit, ac præterea etiam à proiectioribus haud alienus; alias melius hi tempus omne collocarent, qvod frustrā & sine utilitate audiendo verbo Dei impenderent. Judicet qvisque an tantā perfectione sit. Imō impius fūerit qvi etiam infirmos Deum in spiritu colere negaverit, & sibi vindicaverit hanc perfectionem, aliis neglectis. (σ)

(σ) Lutherus Tom. I. Jen. f. 316. a. Ist gewiss daß denen freyen sicheren Geistern/ die ihre Sünde nicht beifstet/ die Messe kein nütze ist. Huc etiam pertinent, qvi se eximunt ē numero infirmorum, qvibus institutione opus est. In horum autem gratiam dies Domini presertim dici solet institutus, qvod his ceteris diebus tantum otii non supersit. Hinc Lutherus in der Hauff. Postill Dom. XVII. post Trin. Der Sabbath ist für das gemeine Volk geordnet --- Denn die andern Tage muß der gemeine Mann seiner Arbeit warten --- das wil Gott gerne geschehen lassen --- aber den siebenden Tag wil er gehes liget haben/ daß man daran nicht soll arbeiten/ auf das jeder man ungehindert sey/ sich in Gottes Wort und Werken zu üben / und zu thun nicht was das Zeitliche anbetrifft / sondern was Gott in seinen Wort fordert und haben will; Conf. Braunschw. Kirch. Ordin. Bugenhagens/

von



von den Fesfen / ubi expresse : Wir und unser Gesinde. Ac certe pestilens error est ab auditu verbi divini, qvò Luthe-
rus sapè provocat, meditationem excludere, vel sub no-
mine populi indigitare saltem rudiores, qui audire incipi-
unt. Luth. Tom. III. Jen. fol. 303. Christiani nōrunt verba Sp. S.
dum in hāc carne sumus, perfecte disci nō posse, — quare perpe-
tuò manent discipuli, & ruminant verbum, &c.

§. 19. Multitudo hypocritarum in sacris Conventibus,
præcipue verò ubi Eucharistia celebratur, eos non tan-
git, qui de integritate suâ sunt convicti. Neque adeò
horum devotionem sufflaminare potest, qvin potius ex-
citat. Ideoqe si quis finem suum inter ipsos hypocritas
obtinere poterit, male agit, si neglit; qui male agit,
emendetur. Posse verò illum obtineri, docet ipsa Eccle-
siæ conditio. (7)

(7) Vid. Pommersche R. O. de an. 1535. vom Abendm. des 3. Es-
ten Christi: So overft jemand im Jahr nicht thom Sacra-
mente künft / den schall de Parr-Herre insunderheit ansprecken/
edder so it eine gemeine Persohn geringes Standes / durch den
Köster to sik förderen / en Broderlik unde Kristlik unterrichten
unde vormanen. Unde so he dardover sik nicht wil beteren /
sunder moetwilliger verächtlicher Wiese up siner Wegeringe
vorharret / schall en de Pastor nicht bie de Döpe staden / noch
so he sterbet mit den Christlichen Gesängen unde Lectionen be-
graven / alse Docter Martinus hiervan lehret. Wente wowl
de Prediger nemande tom Sacrament dwingen können / so
schölen doch andere of de Saeramente nicht verachten. Unde
da it geschicht / möten de Prediger nicht swigen / sondern sind
schuldig up öre Tohorer acht to geben / desülwigen in Gemein
unde insunderheit to vormanen / öre Seele damit to syrende.
It mügen ferner de Parr-Herren solke moetwillige Verdächter
der Saeramente unde ergerlike Persohnen / der Overicheit an-
togen/ damit se of durch de tho Chriſtilicher Vote vormant wer-
den.

den. Nibil in hac Constitutione de ejusmodi impedimentis; qvod si ea probâssent, haud omisissent. Hinc & in Constitut. Eccl. Brunsvic. Beatissimi Principis, Julii, qvam an. 1569. ope præsertim Mart. Chemnitii & Jac. Andreæ adornatam scimus, receptam autem à Statibus communis consensu a. 1576. testatur *Pref. Corp. Doctr. Jul.* qvamq; adeò eò lubentiùs accipimus, qvò est antiquior & simul cum purissimâ Evangelii luce in has regiones introducta, *Part. I.* vom Abendm. des HErrn. Wer aber dadurch (scil. per utilitatem) sich nicht bewegen lassen wil, den kan man eben daran erkennen, was er für ein Christ sey. *Conf. Part. II.* p. III. Br. R. G. Bugenhag. von der Messe und Sacram. Wir müssen hie in diesem Leben eine auswendige Ecclesiam oder Corpus, das ist an allen Orten da Christen bey einander wohnen, ein Versammlung oder Gemeine oder Leib oder Gesellschaft unters einander unter uns haben, solten gleich heimliche Juden unter uns seyn und Ratten unter dem Korn. Von solchem auswendigen Leib und Gesellschaft sagt Paulus: Wir alle sind ein Leib. In welchen etliche wol unwürdig können essen und trinken den Leib ic. Denn die wir zu lassen zum Sacrament / die sind auswendig in nostra communione, in unser Gemeinschaft oder Gesellschaft. Denn nach unsern Urtheil halten wir die für fromm ic.

§. 20. Exempla aliquot hominum indoctorum Pastorum optimorum perpetua non sunt, cum ab ejusmodi inuisitatis non sit concludendum ad exempla ordinaria. Est autem via ad hoc officium proxima & ordinaria doceri ab aliis, & doctrina excellere. (v)

(v) Spanh. *El. contr. Anab. Nro. XXVII.* Add. d' Epagne Geistl. Schr. *Part. IV. c. 7.* von dem allgemeinen Irrthum Krafft dessen dafür gehalten wird / dass das gute Leben eines Seelsorgers eben so erbaulich als seine Lehre sey.

§. 21. Eqvidem magistratus officium est, omnes æqvè cognitos habere Ministerii Candidatos, & solos pios præficere. Interim tamen non obstant mores alicujus, noti-

tiæ ac officiis alterius. Nec enim obstat debet, ut quis se conformet legibus, si videat Legislatorem se eximere. Non excusant aliorum, qui etiam illi sunt, exempla. (φ)

(φ) Vid. Spanh. l. c. Nro. XXIX. d' Epagne l. c.

§. 22. Requiritur à Magistratu, ut omnem peccandi occasionem è medio tollat præcipue die Sabbati. Verum hic demum non negligenda est libertas Christiana, videlicet, ut etiam peragamus die sacro, quæ aliis bona sunt atq; permisæ, si cultum Dei non impedian. Salvâ itaq; Christianorum libertate non omnino tolli possunt Societates, Conventus, Itinera, Comœdiæ, Nuptiæ, &c. Sed ita tantum restringi, ne abusus invalescat, aut verbo Dei impedimento sint. (χ)

(χ) Nec enim virtute prædictus est, quæ circâ virtutis objecta, necq; bene neque male versari potest, quoniam desunt. Neque boni viri est, coacte quid agere vel omittere. Ille virtutis studio agitur, quæ circâ res liberas officio liberè mavult defungi. Nec alia ratio est rudiorum, quorum eadem libertas est idemque libertatis usus. Si exorbitent, monitionibus sacris opus est, atque his nihil efficientibus magistratus officio. Ubinam ergo abfui occurrentum, & quânam ratione, prudentiæ superiorum relinqvi debet. Hac enim cogi nos posse ad sacra concedimus, immo jubemus. Vid. Herz. Christiani Policey-Ordnung de anno 1618. cap. 2. p. 8.

§. 23. Satis debet distingvi inter id, quod in rebus indiferens est, & quod perse malum atque prohibitum. Hoc certe quovis tempore & maximè die sacro haud permititi debere, ultrò ipsi concedimus. Illud verò cum nonnunquam boni alicujus nonnunquam mali causa sit, pro diversa hac ratione vel concedendum est, vel prohibendum. Adeoque exempla, quæ r' ultum continent ex utroq; genere, siis connumeranda non sunt, quæ in se mala sunt, nulloque tempore

tempore sunt permissa. Qvæ etiam causa est, cur nihil certi de his generatim definire liceat. [ψ]

(ψ) Sic compotationes harumqve excessus omni tempore in honestæ sunt, qvanquam ita comparatae, ut profestis diebus haud facilè impediiri queant, ne forte eveniant. Ne tamen scandalum eo majus sit, saltem sacris diebus debent præcaveri. At verò non sunt compotationes, qvæ post sacra peracta bonum in finem instituuntur Societates. Loca enim ad corpus reficiendum & casas societates definita, omnino removenda forent, si tantum tenderent ad finem illicitum. Et cur non tollerentur *Conventus privati* etiam & præcipue sacris diebus? Non adeò abs re factum est, qvod Grotius *intermissionem laborum servis concessam*, tanquam aliquam ex causis festorum è scriptis Gentilium & naturæ jure deducat de *J.B. & P.Lib.III.c.14.5.5.* Et qvomodo latitiam pra se tulerint Christiani veteres, & pessimum morem duxerint sacris diebus jejunare imò & stando propterea oraverint, doctè admodum ex Ignatio probat *Cave in the Primitive Christianity. P.I.c.7.* Hinc ergo si in specie in uno altero loco obtineant malæ consuetudines, qvæ è medio tollantur, aliis hoc ipsum præjudicare non potest, qvin ferant ea, qvæ non definita sunt, sed potius in usum aliquem spectant. Sic prudenter in der Br. R. O. von der Predigt am Fasnachts-Sontage: Etliche Collation us daß die Bürger zusammen kommen und essen und trinken und sind fröhlich zu erhalten alte Kundschaft/ Freundschaft/ Nachbarschaft/ Gesellschaft/ und solche Liebe fortan auf die Kinder und Nachkommen bringe zu bringen/ daraus auch Einigkeit und zeitlicher Friede kommt in der Stadt/ soll man dem Volcke zu lassen. Cujusqve Magistratus est, scire harum societatum causas & utilitatem. Hinc etiam in *Conf. Eccl. Ser. Duc. Christiani consiliis Joh. Arndii in regionibus Br. Cell. & Grub. ad ducentum illius, qvæ sub Gvilielmo Jun. 1564. prodierat, adornatæ & publicatæ an. 1619. p.108.* Nach geendigter Predigt sel niemand seine ehrliehe und Christen wol anstehende Freude/ Kurzweil und Ergezung in der Furcht Gottes gewehret seyn. Eadem ratio nuptiarum est. Nam his quoqve concedenda convivia esse Servator docet *Math. IX. 15.* Add. Br. R. O. von den Bästen

Kasten der Armen. Imò etiam necessitate exigente celebrari posse diebus festis, id ostendit, qvod lætitiam præferant. Verùm cum plerumqve talem apparatum reqvirant, qvi insolitus est, & plures offendit atqve à sacris arcet, propter hoc incommodum etiam usus paulò suspendendus est. Prætendunt alii finem, qvem præcipuum faciunt, Sabbati Christianorum, nimirūm *institutionem de legibus divinis*, qvā qvi non opus habent, licet & nuptiales ritus obire, & res qvasvis hac die peragere poterint. Quantam circè hoc argumentum valdè dubitem.

§. 24. Si primūm id in confessō est, horas certas singulis diebus sacrī cultui externo destinandas esse, qværimus porrò: Utrum præstethonestas oblectationes, & nundinas die Dominico finitis sacris publicis aliquando instituere, vel hoc ipso quieti indulgere, an totis diebus reliquis à laboribus cessare & tempus perdere? Ubi prius illud posteriori præferendum esse nemo dubitaverit. Obtinebit verò posterius, si prius nullā ratione permittatur. (ω)

(ω) Non ago hīc causam eorum, qvi nihil temporis in diem sacram impendunt, ut tantū qvæ hujus seculi sint, temere curent. Neqve etiam casus ejusmodi tales sint, ut sacerdos eveniant, vel omnibus Sabbatis. Interim qvod nundinas attinet, in his etiam opera pietatis in proximum exercent, qvi eas peragunt. Et sunt sanè hīc meliora otio, & vi animi immorata, vel & oratione, qvæ ad speciem & cum superstitione suscipitur, aut cum rædio cumulatur. Judæos ideo damnamus, qvi hīc demùm tempestivè reprehenduntur, qvod in Sabbatho observando superstitioni sint. Qvare eò spectat B. Lutherus l.c. Den Sabbath heiligen / heisset Gottes Wort hören und heilige Werke thun/ den Nechsten lieben/ und ihm thun/ was er bedarf / ic. Solches soll man am Sabbath thun / und heißt/ Gott recht dienen ; Denn der anderer narrischen Gottesdienst darf er nicht/wolt ihr auch nicht/dass man den ganzen Tag in der Kirchen heulen sollte/wie unsere Papisten pflegen. Wenn du in die

die Predigt gehest/wenn du dein Evangelium liesest mit rechten Ernst/das heist Gott gedienet/und ist ihm viel ein angenehmer Dienst/ denn sonst alle Opffer und Heiligkeit. Sic quoque cum potestate sua uterentur Duces Seren. Pomi. Constitut. Eccles. von den hilligen Fierdagen/ semper addiderunt *sacris durantibus*, prout ex seqventibus apparet: Damit die Hillingins ge am Fierdage nicht vorhindert unde der Vorachtinge des Gotteslichen Worts geweret unde Gades menningfaelde Eorn afgewens de werde/ scholen de Amtslude unde Obrigkeit jeders Orts up den Lande unde in den Steden up Erinneringe des Superintendenten esste Consistorii befehlen/und exeqveren/datt am Sondage unnder dem Sermon unde hilligen Eimtern nicht gesladet werden/Fahrmarkede/Speelplae/Fechtscholen/ Krüge / dar men Beer Wyn/Meede/Branderwin oder anders schencket/unde veit hefft Item Kosten/Kindelbeere/ Gilden/Amtkosten unde Gastes rien scholen den Dag/ so lange de Predigen waren/ verbliven/ den dadorch veele van Gades Vorde unde Sacramenten mit Ergernisse der anderen vorhindert werden. Desgleichen schall man am Fierdage nicht gestaden öffentlike körperliche Arbeit/de met Ergernisse ahne Ehehaft moetwillig gedreven werden. Idem fecerunt Herz. Jul. Br. R. O. Part. II. p. 36. Herz. Christ. Br. R. O. p. 104. 108. 111. Ejusd. Pol. O. p. 8 & 9. Sic quoque von den Herendiensten: up dat so veel möglik is/dat gemene Volk verorsaket werde sik van der Wildheit to der Hillingine tho begiven/ also man lest/ wo Lehemias de Verunhilliginge des Sabbats afgedan hefft. Hinc ergo apparet etiam principium ex V. T. Neque ideo quisquam tam demens inter nos est, ut in solo cultu publico constituat diem Dominicum aut *externo*, quod male quibusdam imputatur, praesertim ab iis, qui sibi ipsis haud constant, dubitantque, an ratione cultus interni vel privati inter diem sacram & reliquos discrimen intercedat. Secum isti habitent. Cum enim externa adjuvent vim animi internam, illa vero omnibus diebus commode institui haud possint, ratio clara est, cur differentiam potissimum constituant. Ceterum ob

quietem brutis die septimo divinitus concessam intermitte-
da servitia esse, videoas Herz. Chr. polic. Ord. c. 2. p. 7.
Qvod supereft, commendandum magistratui, qui suo hic offi-
cio cum prudentia defungetur.

§. 25. Ex receptione Diei Dominicis oriri obligationem,
dabimus, modò illa non arbitraria, sed necessariis rationi-
bus innixa. At non video, qvomodo cum utraqve stare
hic possit inter adultos & infirmos discrimen. Est enim
universalis ut coram Deo omnium Christianorum condi-
tio, ita qvoqve cultus illi debiti receptio, & per hanc adeò
ipsa obligatio. [a]

[a) Diximus hâc de resuprà §. 8. & 18. Nunc verò addimus tan-
tum verba Theologi Doctissimi æqvè ac prudentissimi Jean
d' Espagne , qui in concione qvâdam ad Lnc. VII. 5. scribit:
Allie ist zu mercken/dass gleich wol viele Juden waren/ die nicht
in die Synagogen kamen/ und solches unterm Vorwand/dass sie
nicht von denen Easterhaftigen/ so in diese Versammlunge kamen/
wolten angestechet werden: aber noch unter einen viel schönern
Deck-Mantel kamen diese Leute niemahls in den Tempel/ opffer-
ten auch niemahls nicht: Denn sagten sie/ die opffer sollen geiste-
lich seyn / und wir sollen unsere Opffer Gott dem Herrn aufse-
opfern / und nicht das Fleisch der Thiere: Unter einen so treffli-
chen Schein machten sie sich schuldig einer erschrecklichen Sündes/
in dem dass sie wolten weiser seyn als Gott selbst / welcher solche
ewigerliche Opffer geordnet hatte/die da solten währen bis auf den
Tod des Herrn Christi. Denn die Zeit/ dass die Opffer solten
abgeschaffet werden/ war nicht gekommen. Also sind heutiges
Tages ihrer viel/welche gleich als wenn sie schon im Himmel wä-
ren/nicht begehrn die Ordnungen werstellig zumachen/welche sie
nach dem Himmel leiten/vermeindende/ dass sie nicht mehr von nos
haben der in der Heil. Schrift enthaltenen Beschle/ noch
der Siegel/welche daran gehencet sind.

§. 26. Allegari solet ratio legis 3. C. de fer. de permisio-
ne Agriculturæ diebus Dominicis, qvod præcepto de non
laborando in N. T. non amplius diebus sacris stringamur.
Sed remota hæc nimis est, & generalis, nec solum specta-
bit ad agricolas, sed etiam ad sutores, pistores, &c. Neces-
fitas ergo agros colere jubet, qvæ hic ob cœli varietatem ma-
xime conspicua; qvam non evellunt vanæ ac fallaces de-
futurâ meliori cœlorum facie conjecturæ. [b]

[b] Nihil impedit, qvod sic eccelestibus terrena videantur præ-
ferri. Jubet enim libertas Christianorum, qvod die sacro
forte omissum, aliis resarcire. Non tamen hoc loco intelligi-
mus, nisi qvod per magistratum licet, qui omnium optimè
de necessitate hæc judicabit.

§. 27. Non satis est de votivis, qvæ in lege I. C. Theod.
de feriis occurunt, dixisse, qvod sint ea ob opera pietatis.
Sunt enim opera pietatis qvam plurima, qvæ in hâc lege
per votiva non intelliguntur, ut ideo permissa sint die Sab-
bati. Quid ergo? votiva sunt, qvæ hoc die maxime com-
pleri gratum & jucundum est, qvæq; adeò lætitiam quan-
dam præferunt, atq; inducunt; cum in memoriam Christi
resurgentis totumque orbem beneficiis exhilarantis con-
ferenda sint. Qvæ certè sunt emancipatio & manumis-
sio. [c]

(c) Vid. supr. Cap. II. ad. Nr. 92. Wildv. l. c. p. 28. Acedit,
qvod sint voluntariæ jurisdictionis, nee strepitum faciant
in judiciis & sacra aliorum ideo impediunt. Wild. l. c. p. 87.
Est enim inter septem dies Pascha comitantes & Dominicum
eadem hæc ratio.

§. 27. Non videntur unum idemque Admonitio [qvæ
præcipue involvit mahnen/trinners/] & Citatio; [qvæ
pro-

propriè fordern.] Hinc qvod illius mentio fiat in *leg.*
ult. C. de Fer. §. I. frustrà quoqve hanc simul prohiberi ar-
guitur. [d]

(d) Vid. Autores in utramque partem allegatos apud Widv.
Chronosc. Leg. p. 27. Verior videtur sententia, qvæ reqvirente
arduâ qvâdam necessitate Citationem die Dominic, permit-
tit.

§. 29. Per horridam præconis vocem *Leg. cit.* id videtur
interdictum in specie Imperator, ne strepitum in plateis
more gentilium excitarent diebus sacris præcones; qvippe
qui qvæ secularia tangebant publicè proclamabant, & si-
lentium, qvod cultus publicus reqvirit, impediabant, atq
aures præsentium offendebant. [e]

(e) Causa etiam hæc est, qvodante & post Pascha, & sic qvo-
que sacris diebus silere omnia negotia voluerint veteres, qvæ
strepitum qvendam aut tumultum concitarent.

§. 30. E codice legum Civilium die Solis spectacula &
ludos Circenses esse interdictos, manifestum. Qyanqvam
verò divinam venerationem confessâ solennitate haud de-
beamus confundere, ut *Lex. 2. C. Th. de Spect.* ait, tamen ni-
hil his legibus de vespere dicitur, qvod notamus. Imò
etiam alia ratio fuit spectaculorum, qvæ publicè & toti po-
pulo, alia eorum, qvæ privatim habebantur. [f]

[f] Hinc Carpzovius Theologus contrà Pontificios, daß wenn man
den Morgen des Gottesdienstes abwartet/welches viele der Pa-
pistisch. Lehrer für gnug ausgeben/zugelassen werde/daß man den
Nachmittag mit Weltlicher Uppigkeit zu bringe. Nam
vel unicâ Missâ auditâ se satis bene omnia egisse arbitrantur
nonnulli ex Pontificiis. Nos utiqve etiam horis pomeri-
dianis cultui sacro vacandum esse affirmamus. Qvod verò
ve-

vesperam attinet, de eâ nihil Carpzovius. Hinc adeò excusari aliquaque ratione potest Carpzovius alter, cum finitis sacris ludos utpote rem indiferentem concedit, *Jurispr. Eccl. Lib.*
2. Def. 253. Interim nihil decidimus; hoc enim summi magistratus est singulorum locorum, præcipue ubi sacra ante vesperam non finiuntur. Facit tamen cum Carpzovio etiam Meisnerus *Colleg. Adiaph. Disp. XII. Schilt. Instit. Jur. Can. Lib.*
2. Tit. I. §. 17. Nec invidenter aliás etiam populo usum tempestivum ludorum Imperatores, juxta *L. I. C. d. Spec. & Scientia.*

§. 31. *Divina* dici possunt & propriè Ecclesiæ rationem spectare negotia de ritibus Ecclesiasticis in sacris coetibus peragendis. Hinc enim Divina officia & Ecclesiastica à quibusdam vocantur. Neque contrarium inde satis probatum est, quod Principi competat jus externum circà sacra, JCti autem sit, hæc ipsa secundùm regulas justitiæ examinare. Longè alia ratio est Principis ac JCti. Illi enim jus suum tribuimus, quæ summus Episcopus est; & sic ordinat quoque in Ecclesia quæ bona sunt. Huic verò quæ de rebus alienis judicare potest ex principiis Legum Civilium, eadem potestas convenit quæ Theologo, quando ex sacris literis de republicâ judicat. Interim uterque à Principe distinctus est. Et nihil horum impedit, quin negotium de ritibus Ecclesiasticis dici posit divinum, & Ecclesiam propriè spectare, etiamsi ab hominibus examinari posit & ab hominibus certâ lege injungi. (g)

(g) Neminem juvat, quod prævertat indolem N. T. ab indole V. T. & Ecclesiæ Pontificiæ diversam. Satis hæc ipsa jam olim distinxerunt Theologi, ubi causa libelli Interim agebatur. Erant tum quidam Politici seu, ut aliás vocantur, JCti, qui svadebant, accipiendas esse de adiaphoris, festorum nempe, lectionum, vestitus, aliorumque ordine conditiones, à

D

Pon-

Pontificis oblatas , imò imperium potius patiendum esse, qvàm ob impositos hos ritus officium Ecclesiasticum doctrinamque Evangelii denud restauratam defugere ; qvos qvidem mox ejus consilii pœnitiebat. His vero regula opponebatur : naturâ qvidem suâ res esse nec bonas, nec malas , de qvibus ageretur disputatio ; sed si vi eas Ecclesiis alienis demandare, qvâsi de jure sermo esset, & hinc iterum erroribus viam patefacere, mens esset politicorū, libertate suâ non amplius consistere. Potestatem ergo, qvam sibi in hac causa tribuebant JCti, admittere nolebant. Edebat hanc in rem M. Nic. Gallus de Adiaphoris Disputationem Magdeb. 1550, in qua hec habentur : daß / gleich wie im N. Testament das Geistl. und Weltliche Regnum unterschieden sind/also soll auch ein jedes in und nach seinem Stande in Mitteldingen seine Ordnung für sich machen. Die Weltliche Obrigkeit in ihren weltlichen Händeln auf dem Rathause/ die Geistliche Obrigkeit in der Kirchen mit Ceremonien. Conf. Marhaffiger Bericht von der alten Stadt Magdeburg Belägerung Anno 1550. Heinrich Merckels Magdeb. 1587. It. Eine Schrifft Matth. Flacii III. wider ein recht Epicurisch Buch/ darin das Leipziger Interim vertheidiget wird. Magdeb. 1549. Ejusd. wider die neue Reformation D. Pfeffengers. Magd. 1550.

§. 32. Multas adhuc apud nos reliquias Papatus esse, & Spiritum N. Testamenti adhuc plerisque esse incognitum, falsæ imputations sunt , Ecclesiis A. Conf. injectæ. Negamus etiam Ecclesiam Reformatæ Religionis quoad ritus externos magis purgatam esse qvàm Lutheranam, atque ideo iniquas dicimus accusationes in successores Lutheri, qvafsi in his abrogandis officium neglexerint. Qvod si enim in eo puritas solum Ecclesiæ consistit, qvod nullæ in eâ sint vel paucissimæ Ceremoniæ, cur barbari Christianis haud præferendi sint, nescio. Si autem in eo , qvod pure sint atq; utiles, nondum probatum est Ecclesiam Lutheranam ullæ

ullâ alia esse inferiorem. Si quid tamen adhuc dubium fuit, de eo satis constituerunt Ordinationes Ecclæsticæ, quæ ubique locorum prodierunt. (b)

(b) Audiamus ea quæ habet *Defense du Danemark &c.* à Cologne 1696. cujus libelli autorem Anglum esse & Reformatum, non tantum lingua probat, quæ scripsit, sed ipsius quoque confessio. Hic verò Cap. XVI. p. 181. sq. de Ecclesia Danica : Elle a seulement retenu cette Confession, qui étoit en usage dans l'Eglise Primitive, ce que d'autres Protestans souhaiteroient. Car par là, le Ministre peut exhorter et exciter les Communians à une véritable Repentance, et comme l'exhortation à la Communion de l'Eglise Anglicane nous l'ordonne, le penitent peut decouvrir à un Ministre discret, ce qu'il a sur la conscience, à fin qu'il puisse recevoir les fruits de l'absolution avec un saint conseil, et des avis tendant à la tranquillité de sa conscience ; et à eviter les scrupules et toutes sortes de doutes. Les Danois dans les mêmes sens, ont des Crucifix dans leurs Eglises et des Tableaux historiques tirés de l'Ecriture Sainte. Mais ils n'en font pas un usage de superstition et d'idololatrie. Ils s'en servent seulement, comme d'ornements et comme de souvenir ; et ils ne croient pas, que par ce que les Catholiques Romains adorent un Crucifix, que les Lutheriens doivent par consequent en avoir une si grande horreur, que de ne le pas regarder. Il en est demême à l'Egard des autres Ceremonies, qu'ils ont retenues, non comme venant de l'Eglise Romaine, mais comme des choses innocentes dont les Papisme abusoit. Ils en font un legitime usage et en cela, ils sont dans le même cas que l'Eglise Anglicane. En sincerum Reformati judicium ; cui facili negotio addere alios quoque licet, si locus id postularet. Sanè & Spanheimium Theologum Doctissimum fateri oportet, rationem externæ discipline vel ordinti variam siue esse pro varietate Locorum, Gentium, Consuetudinum, modo non in Christianismi substantiam, animamque abeat ; Elench. Contr. cum Luth. p. 342. Sint verò, qui hoc faciant, sint qui privatorum navos in publicos Ecclesiæ transformat, sunt verba Viri illius -- nos sanè

hand intermittemus seu lugere animo atque in dolo scire iniqvissi-
mis hominum affectibus, tanto cum veritatis Evangelica dispicio,
Ecclesie damno, hostium gaudio, piorum offendiculo, Anti-Christi-
anae tyrannidis incremento; seu etiam cum iis fungere dexteram,
quibus de meliori luto finxit praecordia divinum Numen, qvi de no-
bis nostrisque Ecclesis sentiunt aequius ac moderatius ac funda-
mentalem consensum intelligunt. Probent vero, qvi in his rebus
Evangelicis a Luthero dictis adversantur, eos a Lutheri men-
te in ritibus reparandis abiisse. Constat aliud cum ex *Agendo-
rum formulâ* aulicante Henrico Duc. Sax. a Cruciger & J. Jo-
nâ 1545. vivente etiam adhuc & approbante Luthero *con-
scriptâ*, tum vero ex *Actis universis Synodicis*, qvæ post Lutheri
mortem inter Theologos fuerunt, & excusa sunt curanti-
bus Wittebergensis *Witteberge Anno 1559*. Et quanquam
his quidam obniterentur tamen lis acta fuit non de formulâ
agendorum, sed de modo pacem Ecclesiasticam præpostere
ineundi, quod satis eorum temporum monumenta compro-
bant. Distinguunt enim se a Carolstadio ut & ab Ecclesiis
Helvetiis in der Verlegung Westphali, his verbis: Warum
werden wir mit zu solchen Haufen gezogen/ als die D. Luthers
Ordnung in ihren Kirchen behalten wollen. It. Kirchen/die keine
Ordnung haben / bedürffen der Reformation/ denen soll man
Ordnungen machen/ und nicht denen/die bereits gnugsam geord-
net sind. Add. Melanchth. *Resp. ad Crim. Staphyli & Avii.* It.
Resp. ad Crimin. Flacii Epist. Schol. Wittebergensum Witteb. 1558.
Ned dicam Constitutiones Eccles. antiquissimas, jam aliquoties
citas & ad mentem B. Lutheri adornatas. Formulas item
cautè de his rebus loquendi D. Urbani Rheydi a Principibus
tum Illustrissimis Julio & Gvilielmo Ducib. Brunsvic. jam o-
lim magnoperè laudatas & in hunc usum propositas; qvas
adeò consulant, qvi loqui rectè nesciunt aut nolunt.

§.33. Circà Ritus Ecclesiasticos hoc primò monendum, non
omnia in Constitutionibus hinc inde divulgatis, tempori-
bus Apostolorum ac primitivæ Ecclesiæ posse responde-
re. Obstant enim (1) Status diversus (2) Casuum per sin-
gulas

gulas ætates evenientium multitudo (3) Concessio Apostolorum omnia probandi, & quæ bona sunt retinendi. (i)

(i) Eqvidem semper ad Ecclesiæ initia, qvibus erexit, respiciendum est. Principia enim cum sedarum tum rerumpabl. arg imperiorum omnia aliquid boni habent vel ex ipsâ necessitate: ad cuius normam si postmodum emendentur, recuperant antiquam dignitatem & autoritatem, si nunquam, ita sensim in pejus ruunt omnia, ut auctâ paulatim malitiâ tandem ruere cogantur: perindeque iis accidit, ut de corpore humano loquuntur medici, ut de singulis diebus aggregetur aliquid, quod curatione indiget & nisi tollatur, tandem morbos lethales parit. Machiav. *Disspp. de Republ. Lib. III. cap. 1.* In hos tamen acrius invehit Dodvellus in *Dissert. de Far. Lascor. Sacerdot. contr. Grot. cap. III.* & novatores vocat, qui omnia in Ecclesiâ ad statum primitivæ moliuntur. Qyoniam plura fuisse in hac afferit, quæ nec ipsi Apostoli probârint ut sunt mulierum prophetiae, alia quæ tantum isthoc tempore durante admiserint, ut dona extraordinaria. Id certissimum, Apostolos quamplurima tolerasse, postmodum mutanda, etiam eorum quæ ritus spectant. Adeoque etiam ad Gregorium usqve descendit Melanchthon *Epist. ad Pastores Hamburgenses.*

§. 34. Ritus superflui vel noxiis sunt, vel innocui. Illi evitandi, sibi tolerandi, & pro rei conditione etiam laudandi. (k)

(k) De noxiis Lutherus loquitur, cum anno 1520 *Conc. de Bonis Opp.* Festorum multitudinem vellet diminutam, quem ideo laudant quoque Pontificii. Non enim hæc esse desierat. Nec Lutherus tantum sed ante eum ali novas ac superfluas celebritates, utpote damnosas, institui dissuadebant, ut fuit *Nic. de Clemangis*, Prof. Par. cui hac in re conveniebat cum Waldensibus, de quibus v. *Disp. Danh. de Eccl. Waldens. &c. Arg. 1668.* Et vel hodiè eadem incommoda in Gallis notantur. Unde sic *Talon de l' Autorité des Rois touchant l' Administratiōn de l' Eglise p. 133.* S' agit il d' en déterminer un commode,

ou prejudiciable aux intérêts des particuliers, ou du public, comme d'instituer une feste nouvelle ou de choisir un lieu, qui fasse cesser, ou qui incommode le travail des peuples, cela ne se peut faire, que du consentement de Magistrat politique à cause de l'intérêt de l'Etat. De innocuis verò valeat tritum illud : Superflua non nocent. Tâlon l. c. si nous considérons la priere de la manière dont elle doit estre faite, si à genoux ou debout; si tête nûe ou couverte, si en habit seculier ou Ecclesiastique; en fin si à haute ou basses voix, en parlant ou en chantant; ne s' agissant en tout cela que de la manière dont Dieu sera le plus honord, quel interest ou quel droit y peut avoir le Monarque, si non celuy d'autoriser, ou de conserver les Loix que l'Eglise aura prescrites sur toutes ces choses?

§. 35. Ritus vel directè vel indirectè atqve adeò vel plus vel minus faciunt ad ædificationem. Illi sunt, qvando verbum Dei prædicatur, Catechismi instituuntur, &c. Hi verò externam Ecclesiæ faciem adjuvant, media ad priores suppeditant, & interdùm, saltem in gratiam infirmorum, retinentur, cum non omni usu careant. [l]

[l] De illis dubium non est; de his autem Flacius argumentum præbet ab exemplo Lutheri, qvod probat, in einer Schrifft wider ein recht Epicurisch Buch/ ic. So D. Mart. auch die Bilder von Carlstadt abgethan wieder an seinen Ort geslegt/ die nicht viel zur Erbauung dienen / so hat er viels mehr dasjenige wieder angericht / das da zu Erbauung dienet / wie er auch in der Schrifft vor Kirchen-Dienst von sich zeuget/ daß er alle das behalten wil so zu der Religion und zu der Erbauunge dienstlich ist / als er auch gethan / wie solches die Erfahrung beweiset. Vid. etiam des Ehrenwürdigen und theuren Mannes D. Martin Luthers sel. Ged. Meynungen von Mitteldingen durch M. Fol. Westphalum, Pfarrherren zu Hamburg zusammen gelesen/ cum Prefat. Mag. Heb. 1550.

§. 36.

§. 36. Qvod Christus & Apostoli non omnes ritus definiverint, causa est, qvod negotia magis necessaria tractarent. Neqve etiam onerare voluerunt conscientiam simul omnia tradendo; sed hoc ipso liberum facere de illorum diversitate statuendi Ecclesiis, eosqve arguere, qvi temerè ideo secessionem faciunt. (m)

(m) Hinc ritus in sacris literis paucissimi, ex qvo intelligitur in illis momentum Christianæ religionis præcipuum haud positum esse. Aliam adhuc rationem dat Dodwellus, *l.c. c. III.* primos nempè Christianos in unum corpus coaluisse politum cum Judæis, dum se uni Judæorum regimini & iisdem legibus obnoxios faterentur. Hinc mirum non est, qvod pro iisdem habuerint Gentiles; qvanquam successu temporis ritus superstiosos & absurdos aboleverint. Reetius autem adiaphora qvædam ordinem in Christianis concernentia à Judæis, qvam à Gentilibus derivantur, qvod tentarunt Auctores nonnulli non absqve omni fructu & ratione. Vid. *Comparaison des Ceremonies des Juifs e de la Discipline de l'Eglise par le Sieur Simonville, Paris, 1681.* Fatemur tamen cum Simonio Scriptore Pontificio *In Annot. in fid. Or. Eccl. cap. III.* minus ceremoniarum plus pietatis fuisse isto rerum statu in prisca Ecclesia; & singularum regionum Episcopos composuisse postmodum pro se Liturgias, qvas tam vel augere vel contrahere semper fuit in potestate Ecclesiae. Conf. eundem *C.X, de Liturgiâ S. Jacobi Fratribus Domini.*

§. 36. Qyoniam omnes non eodem profectu sunt, etiam non statim capiunt singulorum rituum causas. Hoc Theologorum est. Reliqvi ad potiora & generalia respiciant. Horum ignorantia affectata simplicitatem rituum non tollit, alias multis utilibus carendum. (n)

(n) Adeò prolixii sèpè sunt titus Ecclesiastici, ut nec doctissimi veram, singulorum causam facile videant. Hinc monet Lutherus

von der Messe wie man sie zu Wittenb. hält: Ob gleich etliche andere Ceremonien gebrauchen / so soll keiner den andern richten noch verdammen/sondern ein jeglicher wisse seines Thuns einen guten Grund/und last uns eines Sinnes seyn / ob wir gleich nicht einerley thun/ und einer lasse ihm des andern Ceremonien gefallen/dass nicht um mancherley Ceremonien willen mancherley Secten und Wahn folge/ gleich wie in der Römischen Kirchen geschehen ist.

§.38. Duplicem sibi vindicant libertatem Eccl. Christiani, alteram qvâ adiaphora distinctis modis exercere, alteram qvâ ea exercere & omittere liberè queunt. Qvod si vero libertate in ritibus utendum est, aliis non concedamus, ut nullo gravi momento adacti iisdem suggilando derogent, aut legibus liberè receptis se subtrahant. [o]

(o) Disputatio antea cit. von Mitteld. §. 20. Solche Ordnungen die aus den Mitteldingen gemacht werden / kan man darnach halbe Mitteldinge nennen. Denn sie werden daraus gemacht und behalten derselben Art in dem/ daß sie an sich selbst weder Gottesdienste noch Sünde seyn/und sind doch von den Mitteldingen abgeschieden/ von wegen des Zwangs/den sie nun etlicher massen von der Obrigkeit haben/ Item/ von wegen des Nutzens/damit sie der Kirche dienen. & §. 29. Es soll solcher wichtigen Ursach halben keiner in seiner Gemeine auch die geringsten Gebot leichtlich übertreten. Hinc facile judicandum an cogi possint aliquo modo, non quidem armis sed argumentis, ministri quidam, ut ceteris v. gr. vestitu se conforment. De eo enim Braunschw. Kirch. Ordin. de anno 1531. qvam ipse Bugenhagius edidit iterum & Præfatione illustravit, von der Teutschen Messe: daß wir aber unsere Priester sondere Kleider lassen anziehen/ das schadet oder hilfft den Befehl Christi nicht mehr/ als daß die Communicanten etliche rothe Röcke an haben/etliche braune ic. Wir thun und lassen solches thun/ zu vermeiden das

das Alergerniß der Schwach-gläubigen mit solchen Stücken/ dar nichts an gelegen ist. Wir wissen wol/ daß Christus selbst und hernach die Apostel und ihre Jünger solche Kleider und andere Pracht bey dem Sacrament nicht gebrauchet haben/ oder befohlen/ darum wir die Dinge auch nicht halten als nöthig/ sondern frey um der Liebe willen der andern / daß wir sonst Lust dazu haben / dieweil sie nicht verboten sind / und nicht hindern am Befahl Christi. Eadem ratio esto in ceteris. Conf. Pref. Bugenhagens.

§. 39. Ne invalescat superstitione , describendum accurate erit, in qvonam consistat, & num ea aliā ratione tolli nequeat, nisi rerum etiam bonarum absentiā. Ceteroqvi dum superstitionem abolere animus est, viam sternimus ad mala longē graviora. E. gr. Si qvis in freqventatione templorum, & auscultatione verbi divini ponat superstitionem; cum facile fuerit his abrogatis vel neglectis verbi simul divini neglectum inducere. Plura enim hæc conferunt ad ædificationem, qvām ut propter levem qvendam abusum Christiano homini adimantur. (p)

(p) Lutherus von den Conciliis : Es ist nöthig/ etliche Tage zu haben/ auch Derte/da man zusammen kommen könne/desgleichen bestimmte Stunden zu predigen/und öffentlich die Sacramente zu reichen/ und zu beten/ singen/ Gottes loben und danken ic. Wie S. Paulus sagt i. cor. XIV. Lasset alles ordentlich und ehrlich zu gehen. Mit solchen Stücken wird nicht der Bischoffe Tyranny / sondern bloß des Volks Not/ Nütz und Ordnung gesucht/und Summa/ man muß es haben/ und kann nicht entbehren/ soll anders die Kirche bleiben. Idem vom V. Testam. Wo möchtestu an solchen Glauben/ Opfer/ Sacrament und Testament gedachten/wenn es nicht in etlichen bekandten Dertern und Kirchen leiblich gehandelt würde. Auch weil Gott dasselb also eingesetzt hat/ muß man dasselb nicht verachten

tenre. Ita ergo reprehendenda supersticio est, ne malum gravius oriatur. Qvod si propter illam, etiam qvæ bona, tollenda forent, qvis nescit, qvantam in S. literis & oratione superstitionem sèpè ponant rudes? qvorum tamen usus ideò non est interdicendus. Add. Müller. von Memoriens Rechte Part. III. §. 42, sqq.

§.40. De Templis non approbamus sententiam Spenceri, qvod originem habeantे Gentilibus, repugnante divinâ Tabernaculi descriptione in Veteri, & ipsius Templi approbatione Servatoris Matth. XXI.12.13. in N.T. Supervacaneum verò est, reqvirere de Templis Christi aut Apostolorum legem expressam, qui ipsa praxi usum horum approbârunt. Nec quadrant à primis Christianis argumenta. [q]

(q) Ponamus verò qvandam similitudinem habuisse Templa Christianorum cum Templis Gentium, usus & intentio tamen diversa fuerunt. Sic ad orientem orabant, utut in eo se conformarent Gentibus, qvod in se vitio caruisse, sive è Judæorum sive è Gentilium more observatum sit, fateri cogitur Saldenus Or. Tb. Diff. de Orat. Loco & Effig. §. 18. Laetantium qvidem poteris objicere, qvâsi usum Templa majora haud præstent; verùm ille non tantum splendida nimis ac supervacanea Gentilium delubra asserit, sed etiam tot Saecerdotibus & sacrificiis, in qvibus omnem religionem isti ponebant, haud opus esse arguit, prout apparebit, si ipsum Laetantium Div. Inst. Lib. I.e. 20. inspicias Idem certè in Carm. de Paff. Chr.

*Qvisquis ades mediique subis in limina Templi,
Siste parum insoutemque tuo pro crimine passum
Respice me.*

Nec certè extrà omne dubium est, omnino caruisse Templis Christianos ante Constantimum M. Id unum jam qyisque consideret, cur Sozom. Lib. I. H. E. c. 8. dicat, refecta vel dilata

latata vel & ubi non fuerant antea, locata Templa fuisse ju-
bente Constantino. Conf. Eus. Lib. 8. H. E. c. 2. Ne verò illud
quoque objiciatur, Templum V. T. fuisse tantum figuram
Templi Spiritualis, respondebo verbis Erasmi Alberi, quem
Lutheri comitem assiduum laudat Selneccerus, in einer
Schrift von der Kinder tauffe wider die Carlstädter: Hier
wieder sagen die Schwärmer, der Tempel des A. L. sei eine Figur
Christi und der Christenheit gewest; die Figuren aber haben auf-
gehört, darum sey Gottes Gnade nicht mehr an euerlichen Ce-
remonien gebunden. Antw. Gottes Gnade ist nicht mehr an
der Juden Tempel gebunden / darum auch der Juden Tempel
sanct den ganzen Gottesdienst zerstört ist. It. Christus hat
selbst im N. T. neue Ceremonien und Gottesdienste gesiftet/
nemlich die Tauffe und Abendmahl / und seine Gnade daran ge-
bunden -- Dagegen sagen die Schw. warum hat denn Christus
gesagt Joh. 4. Man müsse Gott im Geist und in der Wahr-
heit anbeten? Mit diesen Worten verwirft er ja alle Ceremo-
nien und Gottesdienst / und will allein Geisl. angebetet seyn.
Antw. Die Schwärmer plaudern viel von Geist / und wissen
doch nicht/ was Geist oder Geisl. angebetet seyn. Unser Herr
Christus verwirft solch Anbeten und Gottesdienst / der da ge-
schicht der Meinung als sehe Gott der Menschen Werck/Opf-
fer und Verdienst an. Qvare toleranda non modò
sunt Tempia, sed etiam laudandum horum studium, qvorum
sumtibus nova eriguntur. Ita amorem Parlamenti Angli-
cani erga Ecclesiam Gallicanam prolixè effert Jean d' Espa-
gne Concione qvâdam ex Luc. VII. 5. ubi hic inter alia : der
Mosaïsche Gottesdienst stand darauf daß ersölte aufzuhören / und
gleich wol ware es eine Gottselige Andacht / denselben zu unter-
halten / so lange als dessen Zeit noch währete. Aber wenn den-
noch diesen Dienst des Alten Testaments zu unterhalten / wann
das Feuer auf den Altar nicht verlöschen zu lassen se. Wenn
Syne gegen zu bauen ein so rühmliches und gottseeliges Werck
war / wie viel rühmlicher ist dann das Werck / wenn solches alles
um des N. Testaments willen geschiehet / dessen Vorzug und

Fürtrefflichkeiten / so viel höher über das Alte Testament seyn.
Ut rem brevi complectar: Vel benè egerunt vel male qui
primi templo instaurarunt. Si male, haud toleranda sunt, sed
omnia potius ad statum primorum seculorum deducenda,
id quod tamen absurdum est, & statum Ecclesie tristem ite-
rum portendit; si benè, cur ideo vapulant?

§. 41. Negamus: Templa majori reverentia digna
haud esse quam alia ædificia, & loca de Templo V. T. non
posse ullâ ratione quadrare in Templo N. T. Nihil in orna-
menta & imagines impendendum, sed harum usum à
Gentilibus esse. Excusandum Carolstadium, cum quo sen-
serit re verâ ipse Lutherus. Inventum Papatus esse, per
Imagines historias repeti. Crucifixa cum idolis Gentili-
um convenire. Turres nullum omnino usum habere, sed
testimonia esse, *nos vivere inter Babylonios.* Campanas
esse improbandas, nec tolerandum usum earum distin-
ctum. Perperam adhiberi organa musica, dum artificio quo-
dam insigni tractantur. Musicæ originem esse ex Gentilis-
mo, & inter Christianos minimè debere approbari. Hæc
enim et si nullum usum haberent, quam ut gloriam Dei
respicerent, siq[ue] in iis aliqua pars Religionis haud ponere-
tur, sed pietas fidesq[ue] suo loco relinqverentur, saltem eo
fine possent retineri. [r]

[r] Totum opus exigeret, de his rebus prolixè & sigillatim a-
gendi, quale curante Theologo qvodam eruditissimo lucem
aspecturum novimus. Interim hoc in genere monendum,
si B. Lutherum in his carpens occupatum videmus, eum u-
biq[ue] Pontificiorum Sacra, ut tūm temporis horum facies e-
rat, tetigisse. Unde in excessum s[ecundu]m acerrimè incheba-
tur vir optimus, qvæ si de usu explicueris, fanaticum dixeris
& sibi ipsi nunquam constantem. Qvis enim ferat admitt-
atque tam audax scribendi genus? Et si tantum scelus his
rebus

rebus extrâ illorum tempotum abusus consideratis inesset,
 ut sàepè ex ipso audimus, cur non omni studio in id incubuit,
 ut abrogaretur, cur non Articulis publicè exhibitis inseruit?
 cur tolerarunt hæc postea & ipsius qvoqve ætate, vel intro-
 duxerunt discipuli, de mente præceptoris omnium optimè
 edocti? Cur eodem ferè tempore regulas de illis tradide-
 runt publicè varii Magistratus, qvæ certè ab hodierna rerum
 conditione non abludunt? Sic de Imaginibus Br. R.
 O. von den Bilden: Das es nicht unrecht oder unchristlich
 sey/ Bilder zu haben / besonderlich da man inne sehen mag Hi-
 storien und Geschichte -- Wir haben alleine weg gethan mit or-
 dentlicher Gewalt und Obrigkeit die Bilde/ bey und vor welchen
 sonderlich anbeten / und Abgötterey/ und sonderliche Ehre mit
 Lichten und Leuchtern angerichtet ward. De Ornamentis vid.
 sequentia von den Gemeinen und Schatzkästen. Curam
 etiam præpositis demandat Pom. R. O. f. 27. a. b. Dat
 solle Steden/ alse Slaepsteden der Christen vñstich befredet/ und
 ehrlík geholden/ unde nicht vorunehret werden. Paulò post:
 Scholen de Ungehorsamen durch gehörlike Middel unde Straf-
 se gedrungen werden/dat se to Kerken/ Kerkhöfen unde Gade-
 acken doen/wat Christlick/ billick unde gewöhnlick is. In ulum
 campanarum Conf. Br. R. O. von den Schatzkästen. Al-
 berus l.c. Organorum p. R. O. f. 57. 6. Organisten schö-
 len in groten Steden geholden/ unde chrlík vermeide der Kästen
 besoldet werden/suet düsser Ordnung tho ehren der Musica. Ul-
 sum eorum præscriptum etiam durante Communione in
 Agendis f. 75. Derwegen kan de Organiste einmahl tom
 Anfang/einmahl in der Midde/einmahl them Ende vor der Col-
 lecta orgeln. Qvod B. Lutherus etiam retinuerit ex Papatu
 artem musicam, Epitaphia, & reliquum ornatum Ecclesiasti-
 cum videas ex Præfatione, qvām præmisit Canticorum à Va-
 lentino Pabst editorum Part. II. ubi templa qvoqve
 utpote cœmeteria honestè vult haberi. Conf. Herz. Jul.
 R. O. Part. II. p. 390. 322. 367. Herz. Chr. R. O. p. 37. sqq.
 196. 273. 135. sqq. vid. qvoqve infr. §. 45.

§. 42. Temerè agunt, qui de Hymnis Ecclesiasticis sequentia propugnant: Præter Cantilenas Davidicas perpetram alias adhiberi sine spiritu confessas; quasi spiritu omni caruerint, quieas repererunt. Latinas planè rejicendas, etiam in qvibus plebs Germanicis strophis respondeat, cum concedamus ritum antiquissimum & laudabilem alternatim canendi. Vix tres in cœtu toto esse, qui ex vero sensu canant: *Iesu meine Freude/ Meinen Iesum las ich nicht ic.* ideoqve has omittendas. Festis tantum diebus, & certo tempore decantari cantica, qvæ tamen in memoriam rem arduam revocant, & publice de eâ ac solenni more testantur. Cani Collectas elevatâ voce, cum præloquio: *Lasset uns beten:* quasi orare clara voce & cantillante, sit absurdum atq; insolitum. Qvæ nisi iniqvo animo improbentur, facilius poterunt suo loco relinqui, cum ratio eorum omnium constet. Imò si non constiterit, pessime nihilominus egerit, qui omnia damnaverit nondum satis instructus. (1)

(2) De canticis Br. K. O. von der Teutschen Messe; Man hat gesungen aus Psalmen und der H. Schrift; das wollen wir auch thun/ treffen wir gleich nicht dñselben Worte, dor ist nichts an gelegen / es soll doch alles von Gott aus seinen Wort seyn. De Latinis A. C. d. Missä. Braunschw. Kirch. O. von Singen und Lesen der Schüler in den Kirchen; ubi approbantur, causæqve dantur & modi alternatim cantandi. Flacius wider die neue Reformation D. Pfeffingers, quod Lutherus ea retinuerit: daß er der Kirchen Freyheit wieder des Carlstadts Schwärmerey dadurch anzeigte. Ipse Lutherus de Cantico quodam Paschali veterem Latino: Es habe diesen Gesang gemacht/ wer da wollet/ so muß er einen recht hohen und Christlichen Verstand gehabt haben. ibid. Die feinen schönen Gesänge Lateinisch und Deutſch von den alten Christen

sten gemacht. De canticorum per singulos dies Dom. & Festos dispositione exemplum jam habemus ac Indicem in Agendis Pom. f. 474. sqq. Hinc in Ord. Br. von der Predigt am Fastn. Nicht um die Tage willen/ sondern um der Historie willen zu predigen. -- Wir sind vor Gott in unsern Gewissen an keine Zeit verbunden/ aber solches geschicht dem gemeinen Volck zu Dienst/ dieweil alle Stücke der H. Schrifft nicht auf eine Zeit gehandelt werden können. Conf. von Ordnung der Messe: Die Schulmeister sollen darauf schen/ daß die Gesänge sich kein reimen mit den Festen -- Desgleichen werden auch wol die Prediger das nach trachten mit den Collecten/ sc. à Fest. Nativ. ad Purif. inde à Paschate usque ad Pentec. & sic porro. Conf. 3. Jul. R. O. Part. 2. p. 43. sqq. p. 6. sqq. Herz. Chr. R. O. p. 196. P. R. O. f. 228. b. ubi, de olden/ Christliken/herliken laienschen Gesängen de Tempore.

§. 43. Rudem admodum in historiā sacrā arguunt, improbare morem statis temporibus vestiendi loca sacra. Nolle peculiari habitu distingvi Sacerdotes, cum ater concedatur & pallia. Eandem nobis hodiē potestatem deferre quam habuerunt Apostoli. In concionib[us] regulas artis negligere, nec explicare legere quae textus annuos ac periodas, rythmos vel alia ornamenta nolle adhiberi in propositione, cum ordo & ars novainventa media sint ad persuadendum. Non omnes promiscue alloqui velle: Alleluia! Augerwehlte/ heilige/ geliebte Gottes sc. cum reprobi non satis accurate distincti sint; aut omittere consuetam precandi formulam ante concionem, cum in ipsa arte invocandus sit Spir. S. Loca alia destinare diversis auditorum classibus, ut e. gr. alibi catechumenis, alibi infirmis, adultis alibi, alibi doctioribus semper prædicetur; cum non abs refiat, quod in concionibus explicatio Textus rudis æquè ac erudita præmittatur, & addantur

varii

variis usus, qvi omnibus possunt esse subsidio. Nolle præscribi certas precum formulas, mortuos haud dicere beatos sine prævio examine accuratissimo, cum vivi etiam boni præsumantur, donec contrarium satis ostensum, ne-dum mortui, de qvibus nil nisi bene. Fœminas omni-nò semotas in Ecclesiis constituere, qvæsi in loco peccatorum, cum distinctio alibi, at frustrâ improbetur, qvod flectant genua & viri stent erecti. [?]

(r) Multa in his occurrent, qvæ prolixius exponere loci non est. Interim de vestitu altarium, die Pachersch. R. Agend. d. Officio Missæ: Dat Altar schall mit reinen Dokern mit Lichtern / unde andern ornatu durch den Koster togericht werden. De concionibus veterum artificiosis Zeidl. in Praef. ad Method. Concion. Jean d' Espagne Geistl. Schriften Part. IV. cap. V. ex professo, Du Farry Sentiments sur le Ministere Evangelique, &c. De Liturgiis & formulis precum præscriptis Spanh. El. Contr. contr. Arab. Nro. 36. Br. R. O. von Ordnung der Mess. p. R. O. & Agend. Conf. 3. Jul. R. O. P. II. p. 33. 14. 3. Chr. R. O. p. 31. 214. 12. 124. Hild. de Templ. Vet. sub voc. Gremium. Meisn. Coll. Ad. Disp. XI. XII.

§. 44. Audax est qvorundam sententia & imprudentiam demonstrat hædqvæqm̄ tolerandam: ubique & nullo habito discrimine locorum ac temporis Sacrā Synaxi uti licere, etiam extrā casum necessitatis & absqve Confessione & Absolutione. Nummos Conf. esse abrogandos. Altaria tollenda propter superstitiones genua flectentium. Sumtus rebus sacris liberè detrahendos aliòqve impendendos. Qvi nolunt abrogari calices pretiosos, iis aliquid sanctitatis imponere. In suggestu orare pro communicantibus preces esse omittere. Usu exiguum præstare admonitionem publicè præmissam; omnia certe con-

contrà approbationem & monita primorum reformato-
rum. Papatum olere, admoveri à Sacerdotibus hostias &
calicem communicantibus. Improbandum esse ritum,
qvo administratio Sacramenti hujus fit coram Altaribus.
Non accendendas candelas. Panem non fermentatum &
fractum necessariò adhibendum. Signum crucis esse su-
perstitioni. Ut brevi dicam, omnes hos & ejusmodi actus
non facere qvippiam ad reverentiam ergà res sacras vel
ad aliam utilitatem, non excitare devotionem, non ordi-
nem non obedientiam; sed noxios esse, & citrà offendio-
nem facile posse removeri. Judicet verò qvi sanæ mentis
est, qvid in his ritibus mali sit, & annon purissimi sint &
innocentissimi? [n]

(n) Chytræus de Eucharistiâ, ubi Missam Pontificiorum secundum
S. Scripturam examinat, sequentem in modum: Multi ritus missæ
per se adiaphori à Deo nec mandati nec prohibiti ideoque suâ na-
turâ nec mali sunt; videlicet circumstantia locorum, ut in templo
consecrato, super altari lapideo vel lapide portatili in patenâ, ca-
lice deaurato, &c. ministriæ à persona certis ceremoniis con-
secratâ undâ & rasâ, & ornatu sacerdotali, veste lineaâ, &c. Hi
& similes ritus cum partim incepit, partim superstitionis, partim pe-
riculosi, partim tolerabiles sint, & decoro ac bono ordini servire vi-
deantur, ut certum tempus, honestus locus in templo, decentes &
graves gestus, honesta talaris, vel linea vestis, aurei calices, &c.
itidem non simpliciter & ex aqvo omnes pariter damnari & explodi,
sed pro locorum, temporum & personarum conditione aliquantisper
tolerari & extra casum scandali & confessionis, tolerabiles libere in-
stitui & aboleri possunt. Huic sententiae optimè nos inhæremus.
Qvod verò in specie locum attinet, de eo p. R. A. f. 15 2.
De Prediger scholen ob etlichen nicht angewehnen/ dat se ut den
gewöhnlichen Bichtstoelen in sonderlike Winckel ebdet ut der
Kerke to jemand int Huh gahn/ dat seit thomahl övel. De
Gesund is de lame tor Kerke/ höre de Vormaninge an/ unde
gah thom Seelsorger in den gewöhnlichen Bichtstoel. De Con-
fessionis & Absolutionis private necessitate p. R. G. f. 25.

F

Nies

Nemand schall thom Sacramente gahn / he hebbe denn thovben
 gebichtet / wente wovo der Papisten Marterbicht affgedan-
 is / so blifft dennoch Gades Wille dat ein felder sik vor einen,
 Sünder bekenne / Gott dem HErren vor dem Predig-Amt der
 Ehre geve / und dat he in Gades Vorde vorhret / underwieset
 unde de Absolution unde den Trost van vorgevinge der Sünden
 entfange. So denet solke Bichte unde Absolution nicht allene
 thor Disciplin unde tho rechtem Troste/vorsekeringe/unde Stils-
 linge der Conscientien / sündern ok darho / dat ein felder / so
 bedrovet is / sine anliegende Feile sielen Bicht / Vader unde
 Prediger kan apenbaren unde Rath bidden / darmit he nicht
 van Düvel geplaget / unde in Vortwivelinge geföret werde.
 De Bicht aver schall geschehen up den Sonnabend na der Vesper.
Conf. etiam Agend. f. 126. b. ibid. de Nummo Confessionario:
 Eft idt wol Christlik / unde an velen ok nödig is / dat frame
 Christen oren Bicht / Vader wornit erkennen / unde nicht mit
 leddiger Hand vor dem Angesicht des HErren erschienen / alse de
 Hellige Schrift an velen Herden lehret / rc. De formulis ad-
 monendi vid. easdem Constitutiones. Add. *Hertz. Jul. B. O.*
Part. I. von der Messe. Part. II. p. 46. p. 31. auf daß die Com-
munion mit desto grossir Reverenz/ rc. p. 8. seq. Hertz. Chr.
B. O. p. 49. 50. 54. 115. 199. 193. sq. De tempore quo Euchari-
stia plerumque celebrari solet Dodwel. l.c. c. IV. non in omni-
bus Ecclesiae coetibus, sed duntaxat in Synaxibus propriè sic
dicitur, quæ diebus tantum Dominicis habebantur, locum
habuisse. De usu libero panis fermentati, Smidii Disput. de
Oblatis Eucharisticis; Cave l. c. c. II. qui perinde fuisse primis
Christianis asserit, an azymum an fermentatum usurpa-
rent. Add. Matt: Laroqu. Adv. Sacr. L. II. c: I. De fractione
panis Meisn. Coll. Ad. Disp. X. Monendum adhuc est, quod libe-
rum hodiè statuant Sacerdotibus, an in benedictionibus pu-
ublicis signo crucis uti velint, an facile & contrà praxin pri-
mitivæ Ecclesiae omittere. Non tollimus libertatem in se
spectatam; sed cum crucis usus tum præcipue usum præstet
insignem, cum ostendit Sacerdos, quo nomine benedicat, &
scandalum præbeat, si omittatur, ubi in usu est, hominem te-
merarium arguit, qui eo abstineat. Bene adeò Chytraeus

de

de Cerem. Baptism. Admonet signum crucis piis, in omnibus nostris actionibus auxilium & successus felices & omnia bona à Christo crucifixo petenda & expectanda esse. Nec in ipso signo crucis efficacia peculiaris est sine fide in crucifixum.

§.45. Hi quidem ritus & qvæ partim laudanda sunt in Ecclesiis Protestantium partim excusanda, si solùm è medio tollantur, peccatum forte diceremus, ex ignorantia aut zelo intempestivo commissum. Sed qvi hos ritus innocentissimos ac castos dicere velit inutiles & superstitiones, reliquias Papatus, impura & multo stercore maculata involucra, quodque in his necessario idcirco opus habeat Ecclesia reformatione, ut Phariseos, qvi his ipsis agnoscantur, ad mentem qvafisi saniorem redigat, & qvæ plura sunt convitia; eum Fanaticorum exemplum seqvi utiq; qvis dixerit. Imò eum qvoq; qvi solum hic Clerum latere afferuerit, cùm tamè nihil indè utilitatis in Clerum redundet, qvippe qvi potius magnâ laborum parte privatur, si ritus Eccl. aboleantur, in Ecclesiasticos Ordines immerito invehi facile qvivis videntur ac reprehendent. [x]

[x] Ferre hæc olim non poterat Flacius *contr. Pfeffinger. l. c.* unde satis acerbè: Gänzlich wie vor zeiten der Pabst Mahomet, Münzer und die Wiedertäufferische Propheten nicht allein das Kirchen-Regiment sondern auch das Weltliche Regiment zu sich gerissen haben also lehren unsre Adiaphoristen jetzt gleich um. Et qvanquam inconcussa adhuc stet Ecclesia, nec tantum periculum ei ab imprudentibus timendum sit, qvid tamen intempestivis conatibus efficiamus, aut qvid formulis male sanis loquendi, aliquando apparebit. Neq; adeò abs te, qvanquam ultra sæpè qvam par erat, magnâ vehementiā novas mutationes infectati sunt veteres. Viri autem prudentiores, & qvi hæc audiunt, judicabunt cum B. Luthero ex Epistola qvadam, qvam c. l. alleg. Flacius: Wo man der Haupfsachen nicht einig w̄rd/was hilfft/ von diesen schweiffenden Sachen viel geben oder rehmen? Providus certè hic Spencerus est, ne horum hominum causam agere videatur, qvibus statutæ ipsius opinioni alias facile foret inni-

inniti, Lib. III. c. 2. Diff. I. Sest. 4. Fanatici, inquit, uti audiunt, planstra convitiorum in Ecclesiam evomunt, quod instituta quedam retineat, quia Romam olere, & quasi bestia characterem ferre prohibentur. Non est autem Ecclesia nostra propri loco objiciendum, quod ritus aliquos, Romanensium usum receptos in cultu publico tolerari; cum nec Moses ab Aegyptiis, nec Christus a Judais, nec Christiani veteres a Gentibus, mores aliquos indifferentes accipere dediti sint. Notum enim omnibus, quibus vulgus notum, hominum plebem ad statum novum, nisi veteris speciem & colorem aliquem ferat, haud facile perducendam. Ibid. Cap. 2. Diff. 6. Sest. I. Hec ne quis erret non eo sensu capienda sunt, quasi magnificientia species omnis in Templis Judaismum saperet, & fidei Christianae simplicitas ad sacras plane rudes & Christi stabulo simillimas efflagitaret. Hic ad sobrietatem sapiendum est, nec ita cultus Ethnici vel Judaici (antea dixerat etiam Pontificios) pompa devitanda est, ut in rusticitatem & barbarem fanaticam degeneremus, & instar Jude, sumnum omnem Deo & sacris impensum periisse censemus.

§. 46. Qyoniam ritus ineptos vel periculosos liberare incommidis, opus est summi imperantis, Prudentiae regulas eidem praescribere, utique & necessario; seqvendas, finis hujus laboris nunc exigit. (1) Ne ad reformandos ritus Ecclesiasticos tales solummodo adhibeantur, qui uni aliqui parti dediti sunt, quam temerè defendant. (2) Ut saepissime consulat viros doctissimos, & qui non cupidi sunt rerum novarum, num forte sit, quod in Ecclesiam insignem quendam & valde noxiun abusum invexerit; & num alia ratione huic mederi non possit, nisi bonarum etiam rerum abolitione? (3) Ut omni ratione id agat, quo reverentia ergares sacras externis operibus, & pietas animo foveatur; atque sic λογικη quædam λατρεια h. e. cultus ejusmodi, cuius ratio Deo æque ac hostibus veritatis reddi queat idonea, conservetur, nec opus sit rebus quibusque levissimis fidei nexum dissolvere.




Kr 2932

ULB Halle
005 813 840

3





8548.

4

ΛΟΓΙΚΗ ΛΑΤΡΕΙΑ

five

Observationes necessariæ

Ad Tertium Præceptum Decalogi

De

SABBATI JURE & OFFICIIS, *collectæ*

J. C. S.

Kr 2932

FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Apud CHRISTOPH. FRID. FIKKELIUM,
1703.

